



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Abbati Et Conventvi Fossænovæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

siasticam appellatione postposita compendio. Quod si non omnes &c. duo vestrum &c. Datum Laterani 111. Kalend. Aprilis, pontificatus nostri anno quarto-decimo.

*ABBATI ET CONVENTVI  
Fossanova.*

*Dpf. 51.  
Gesemann  
septem fa-  
tum Pip-  
er.* **I** Vitis perentium desiderii dignum est nos facilem præbere consensum, & vota qua à rationis tramite non discordant effectu prosequente completere. Eapropter &c. usque affensu, compositionem seu transactionem inter vos ex parte una & Consules ac populum Pipernensem ex altera super possessionibus constitutis in loco qui Laurentij vulgariter appellatur amicabiliter initam, sicut provide facta est & ab utraque parte sponte recepta, & in instrumento publico exinde confecto plenius continetur, auctoritate apostolica confirmamus & praesentis scripti patrocinio communimus. Ad majorem autem evidentiam tenorem ipsius instrumenti de verbo ad verbum huic nostræ pagina duximus inferendum. **I N N O M I N E** Domini. Amen. Anno ejus millesimo centesimo nonagesimo tertio, anno tertio Domini Celestini Patr. III. Indictione II. mense Augusto, die tertia. Quoniam ea quæ refutationibus sive transactionibus vel aliis conventionibus inter homines sunt, plerunque memoriae commendari non possunt, idcirco ego Guido sanctæ Romanae Ecclesiæ Scrinarius transactionem sive refutationem vel etiam conventionem inter fratres Fossanovæ & populum Pipernensem habitam rogatus in hoc publicum scriptum reduco; ut si de ea dubitatum fuerit, per hoc scriptum veritas rei ostendatur. Conventio itaque sive transactio vel refutatio talis est. Fratres Fossanova dant Pipernensis centum tres libras bonorum Provesinorum prom lendinis communibus recolligendis, quæ pignori tenebantur. Et Confides Piperni, incicet Petrus Domini Leonis, Belbellus, Transmundus Donnae Nuva, Philippus Domini Gregorij Milites, Roscemannus, Staldo, Iordanus, Roffridus, Gauftapane, Maßlarij nomine universitatis refutant monachis omnem litem & querimoniam & omnem actionem quam habebant vel habere possent in Laurentiis, scilicet inter hos fines sicut vadit in directum à Gorga Palumbi in Mazoclam, & inde pergit per Mazoclam usque ad aquam quæ descendit de fontana de Ficu, sine omni conditio ne, & inde ascendit usque in lacum. Con-

Tom. II.

cedit etiam populus quicquid juris habet commune inter fontanam de Ficu, & Licaduti, salvo unicuique jure proprietatis, si quis ibi aliquid habet. Concedunt etiam à Gorga Palumbi inferius ut sandariam faciant sine contradictione aliqua usque flumen majus, sicut melius viderint expedire: quæ tamen sandaria communis erit & fratribus & civibus. Silva quæ est à fontana Gricilli usque ad Recaduti est monachorum absolute, sicut hactenus fuit; præter consuetudinem quam habet in ea populus in venando, pascendo, ligna cedendo, & salva consuetudine tabulandi. Silvam quæ est à fontana de Ficu usque ad Recaduti non incident monachi ad casas faciendas studiosè, sed remanebit ad communis usus & civium & monachorum ad ligna cedenda, & ad venandum, & pacendum. Si tamen aliquo modo pervenerit quod sit apta ad agriculturam, monachorum erit. Piscaria lacus libera est monachorum, sicut hactenus fuit. Per sandariam totam liberum erit omnibus Pipernensis fine apparatura aliqua piscari, non in illis locis ubi & monachi & certæ persona civitatis habent suas proprietates. Et quidem non licet alicui nisi monachis aliquod ædificium facere ad piscandum à Gorga Palumbi usque ad lacum; pœna trecentarum librarum Provesinorum ab utraque parte promissa, si aliqua pars contra hanc conventionem vel refutationem seu etiam transactionem amicabili pace firmata venire voluerit vel etiam observare noluerit; & pœna soluta, hæc charta conventionis sive transactionis in sua stabilitate perpetuò perseveret. Vnde rogati sunt testes, Gregorius Paganus, Rainone sancti Laurentij, Ioel de Sitio, Bertraymus Laudini, Berardus Romane, Guido de Arnaria. Ego Guido sanctæ Romanae Ecclesiæ & Piperni Scrinarius interfui & subscripsi. ] Nulli ergo &c. nostra confirmationis &c. usque incursum. Datum Laterani IV. Kal. Aprilis, anno quartodecimo.

*PRIORI ET CONVENTVI  
Andrensi.*

**C** Vm à nobis petitur quod justum est, & honestum &c. usque effectum. Eapropter, dilecti in Domino filij, vestris justis postulationibus grato concurrentes affensu, auctoritate apostolica prohibemus ne aliquis monachus sive conversus sub professione vestre domus astrictus sine consensu & licentia Abbatis & majoris partis vestri Capituli pro aliquo fidejubeat,

*Epf. 25.  
De fidejubila-  
ne verita mo-  
nachis.*

Vuu